



Σὺν Θεῷ ἐν Χερσῶ.

METAPHRASIS
LIBRI SALOMONIS, QUI
inscribitur Ecclesiastes.

CAPUT I.

VER. I. *Verba Ecclesiastae filii Davidis, regis,*
feruschalaimis.

Quo majorem attentionem obtineat insignis doctrina hoc libello comprehensa, velim omnes intelligant hanc doctrinam ab illo conscriptam fuisse, qui ob sua scelera maximè idololatriam ex Ecclesia peregrè agens, in illius gremium denudè per pœnitentiam (quam hoc libro professus est) Prophetarum & Sacerdotum ministerio se aggregavit: esse porrò ab illo conscriptam, qui est filius Nominatissimi & celeberrimi illius viri Davidis; item ab illo fuisse conscriptam qui rex fuit, denique ab illo qui Regiam authoritatem in populo Dei exercuit.

VER. 2. *Vanitas vanissima, inquit Ecclesiastes, vanitas vanissima; ista omnia sunt vanitas.*

A

Hujus